RUDOLPHUS DE BIBRACO. RICHARDUS DE SANCTO VICTORE. AUGUSTINUS. HENRICUS DE HASSIA
2. Hälfte 14. Jh. Seite 70r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=543
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

omis uacat e. si in simplicitate querit.
Vides ne quemadmodum quelibet uel summa
sapientia simpliciter quesita facit esse
rachel. Iam ut arbitror non mira
ris quod tam rachel diligit. cum eius in
pedissequa sapientia mundi loquor
que in domine sue comparacione stulticia
reputatur. tanto sit cernimus a mundi
phylosophis amore requiratur.
Quemadmodum lya supponit
dum rachel sperat. Facile recognos
cunt qui hic quam sepe contingat. non
eam audiendo. quam eam experiendo dis
cernat. Sepe contingit ut animus an
tique conuersacionis sordibus mundatus.
et ad celestium contemplacionem nondum
promotus. dum se in cubiculo rachel
collocat. dum se in eius amplexus
pat. dum illam iam sese tenere putat
subito in importunitate uel amplexus
lye se esse deprehendat. Nec enim scrip
turam sacram nisi rachel cubiculum
dicimus in quo sapientiam diuinam
subdicenti allegoriarum velamine
latitare non dubitamus. In tali cubi
culo rachel tociens querit. quociens
in lectione sacra indagat spiritualem
intelligenciam. Sed quam diu ad subli
mia penetranda non sufficimus diu
cupitam. diligenter quesitam rach
el non dum inuenimus. Incipimus autem
suspirare gemere. nostram cecitatem
non solum plangere sed et erubescere.
Dolentibus ergo nobis et querentibus
Vnde hanc cecitatem incurrimus. occurrunt
mala que fecimus. Dum nimirum ipsa
diuina lectio nobis nolentibus et ali
quando in ea mollientibus ostendit
feditatem nostram. frequenter igitur et
corda nostra in eius consideracione compun
git. Quociens ergo in lectione diuina
per contemplacionem compunccionem reperimus
in cubiculo rachel non ipsam sed lyam
nos inuenisse non dubitamus. Nam
sicut rachel est meditari contemplari
intelligere discernere. sic profecto pertinet
ad lyam. flere dolere. gemere suspi
rare. Nam lya ut diximus est affectio
est diuina inspiracione inflammata.
Rachel est racio diuina reuelacione illu
minata. lya affectio ad normam
iusticie seipsam componens. rachel
racio se in celsas sapientie per contemplacionem
attollens. Sed de ipsis hactenus.
Nunc de earum ancillis videamus.

Nota quod sit lia et rachel.

De sensualitate et ymaginacione per ancillas lie et rachel significate

Accepit ergo utraque illarum ancillam
suam. affectio sensualitatem.
racio ymaginacionem. Obsequitur sen
sualitas affeccioni. ymaginacio
famulatur racioni. Item vnaqueque an
cillarum domine sue necessaria esse cognoscatur.
ut sine illis mundus totus nil eis
conferre videtur. Nam sine ymagina
cione racio nichil sciret sine sensua
litate affectio nichil saperet. Vt quid
cum lya esse laboriosum rerum amorem